

Les actes de la Congrégation nationale des Prémontrés belges à la fin du XVIII^e siècle

On sait que Joseph II, sous prétexte de faire disparaître les « multiples inconvénients, préjudiciables à l'Etat » que présentait la sujétion de beaucoup de maisons religieuses des Pays-Bas à des chefs-d'ordre situés hors du pays, détacha, par un édit du 28 novembre 1781, les monastères de toute juridiction étrangère. Les instituts exempts de l'autorité épiscopale seraient érigés en congrégations nationales, une pour chaque Ordre. Celles-ci jouiraient dorénavant des pouvoirs que revendiquaient jadis les autorités centrales : chapitre général, chef d'ordre ou vicaires provinciaux. Chacune des congrégations se réunirait tous les quatre ans en session plénière. Y prendraient part, à voix égales, les abbés ou supérieurs des monastères avec un religieux député par chaque maison. La première assemblée aurait lieu à Bruxelles endéans les six mois après la publication de l'édit. On y pourvoirait à la désignation d'un visiteur général et de ses auxiliaires. Au nombre de quatre, dont le premier porterait le titre de visiteur en second, ils assumeraient avec le premier visiteur le pouvoir du général étranger. Leur mandat aurait cours pendant quatre ans. Les décisions prises par la Congrégation seraient soumises à l'approbation du Gouvernement et de l'évêque qui exercerait une surveillance étroite sur les maisons religieuses situées dans son diocèse ¹⁾.

Le geste de Joseph II n'était pas une véritable innovation. Il rejoignait des mesures presque semblables prises par Charles-Quint en 1552, — mais alors du consentement de l'autorité pontificale, — et qui furent exécutées vingt ans plus tard par ordre du duc d'Albe ²⁾.

¹⁾ *Recueil des ordonnances des Pays-Bas autrichiens*, 3^e Série, t. IX, éd. J. DE LE COURT, pp. 309-311. Bruxelles, 1897.

²⁾ E. VALVEKENS, *L'Ordre de Prémontré et le concile de Trente — Le cha-*

Les Prémontrés des Pays-Bas n'eurent qu'à se ranger à la volonté impériale. Ils tinrent leur première réunion à Bruxelles, dans le refuge de l'abbaye de Diligheem, aux abords de l'actuelle Place Saint-Géry, les 23 et 24 avril 1782. Y prirent part tous les abbés avec un délégué de chaque monastère, sauf les prélats de Ninove et de Tronchiennes qui, empêchés légitimement, se firent remplacer par un délégué spécial. L'abbé d'Averbode venait de mourir et sa communauté, prétendant ne pas relever de l'autorité de Joseph II, n'envoya personne. Il y eut ainsi vingt-huit présents.

Après l'accomplissement des formalités rituelles prescrites pour la tenue des chapitres généraux, l'assemblée désigna, à la majorité des voix, le prélat de Floreffe, alors vicaire provincial des circaries de Flandre et de Floreffe, comme visiteur général. Les abbés de Parc, de Saint-Michel d'Anvers, de Bonne-Espérance et de Grimbergen lui furent adjoints comme consultants, le premier devant assumer la charge de visiteur en second.

L'assemblée ne tint que deux séances. Après la clôture, le visiteur général et son conseil communiquèrent les résultats des pourparlers au Ministre plénipotentiaire, Prince de Stahremberg. Ils se rendirent également à Malines, où l'archevêque de Frankenberg approuva le protocole de la réunion³⁾.

Quatre ans après, une seconde assemblée se tint à l'abbaye de Grimbergen du 3 au 6 juillet 1786. Il n'y eut que 26 participants, parmi lesquels, cette fois l'abbé d'Averbode, mais sans député de sa communauté. Les prélats de Saint-Michel d'Anvers, de Saint-Feuillien à Rœulx et de Tronchiennes se firent remplacer par des députés spéciaux. L'abbé de Ninove décédé ne fut pas représenté. Il n'y eut pas de députés de la part des communautés d'Heylissem et de Berne, sans que nous sachions le motif de leur absence.

On se réunit à huit reprises pour examiner en ordre principal et approuver le nouveau code statutaire préparé par l'abbé de Floreffe, en conformité de la volonté impériale. Les matières y demeurèrent groupées en quatre distinctions, dans l'ordre introduit

pitre national néerlandais de 1572, dans *Analecta Praemonstratensia*, 1930, t. VI, pp. 74-101.

³⁾ Annexe I. — La lettre de l'archevêque, datée du 23 avril 1782, porte la clause finale assez réticente: *Vidimus acta haec et requisiti ut ea auctoritate nostra ordinaria confirmare vellemus, id, in quantum possumus, non renuimus.*

depuis le XII^e siècle et que la tradition avait toujours respecté. Le texte était conforme à celui de la rédaction de 1630, sauf omissions ou additions jugées opportunes du moment. La réimpression du code réformé fut décidée, bien entendu après approbation du Gouvernement. Une réclamation introduite par le délégué de l'abbaye du Parc ne fut pas reçue, ce qui faillit amener ce participant à ne pas signer le protocole ; il ne s'exécuta qu'en dernière instance. L'abbé de Floreffe et son conseil fut maintenu à la direction générale de la Congrégation, mais l'abbé d'Averbode prit la place de celui de Saint-Michel qui n'avait pu assister à la session ⁴⁾.

Une troisième réunion à Floreffe, fixée pour l'année 1790, n'eut pas lieu par suite de la Révolution brabançonne.

Et ainsi se termina l'existence éphémère de la Congrégation nationale des Prémontrés dans les Pays-Bas.

Le texte des deux protocoles des sessions tenues en 1782 et 1786 a été conservé. Il se trouve transcrit sur les premières pages d'un grand registre relié luxueusement en veau rouge et provenant vraisemblablement de l'abbaye de Floreffe. Ce registre a passé à l'abbaye d'Averbode où se retirèrent quelques chanoines survivants de Floreffe lors de la restauration du monastère en 1834. Il est rangé dans la section IV des Archives abbatiales sous le n^o 54.

La teneur des statuts réformés, destinée à être mise sous presse par l'imprimeur Tsertevens de Bruxelles, fut envoyée pour approbation au Souverain, avec une lettre obséquieuse de l'abbé de Floreffe, le 11 septembre 1786. Le dossier repose à présent parmi les papiers du Conseil Privé conservés aux Archives Générales du Royaume à Bruxelles ⁵⁾. Les statuts en question n'ont pas été imprimés, ni mis en usage, pour la raison énoncée plus haut.

Nous publions, ci-dessous, les deux protocoles, la lettre d'envoi des statuts, la table des *capitula* de ceux-ci ainsi que le texte des dispositions nouvelles qui y figurent pour la tenue de la congrégation générale. Celui-ci occupe la place, en tête de la *distinctio quarta*, réservée jadis à la description des formalités d'usage pour le *Capitulum generale*.

Pl. LEFÈVRE.

⁴⁾ Annexe II.

⁵⁾ Liasse 836 du Conseil privé autrichien.

ANNEXE I

*Acta Congregationis Ordinis Praemonstratensis,
habitae Bruxellis, in hospitio Rev^{di} Domini Abbatis Dilighemensis,
die 23^a et 24^a Aprilis anni 1782.*

Sessio prima.

Cum Josephus secundus, imperator augustissimus Belgiique supremus Princeps, edixisset ut omnes religiosorum ordines in Belgio a cujusvis superioris extranei jurisdictione subtraherentur, ac in congregationes diversas erigerentur, supremae huic voluntati satisfactori, abbates ordinis Praemonstratensis Belgae, cum deputatis ab unaquaque praedicti Ordinis communitate sibi adjunctis, Bruxellas venire, ibidem conformiter ad edictum praedictae Caesareae Majestatis Congregationem sui Ordinis habituri.

Die itaque 23^a Aprilis, anni 1782, in refugio R. D. abbatis Dilighemensis, audita prius missa de S. Spiritu, dictoque hymno *Veni Creator* in aula praedicti refugii, primam sessionem suae congregationis habuere, eidem praesidente R. D. F. J. B. Dufresne, abbate Floreffensi, et tum circariorum Floreffiae et Flandriae vicario generali.

Ibidem primum lectae fuerunt litterae RR. DD. abbatum Nino-viensis et Trunchiniensis ad congregationem directae, quibus ob senectutem diversasque infirmitates se ad congregationem venire non posse profitebantur, simulque commissiones eorum quibus unum ex religiosis suis, qui nomine suo praesenti Congregationi interesset, deputabant.

Quo facto, cum de electione Visitoris generalis Ordinis Praemonstratensis per Belgium immediate agere in animo esset, quaesitum fuit qua via ad praedictam Visitoris generalis electionem procedere intenderent, habitaque ratione edicti caesarei, ad ejusmodi electionem pluralitatem votorum sufficere decernentis, ad scrutinium processerunt, inventumque R. D. Joannem Baptistam Dufresne, abbatem Floreffensem, per pluralitatem votorum electum esse in Visitatorem generalem.

Per secundum scrutinium in vice-visitatorem ac primum consultorem electus est R. D. abbas Parcensis; per tertium in secundum consultorem R. D. abbas Bonae Spei; per quartum in tertium consultorem R. D. abbas Grimbergensis; per quintum in quartum consultorem R. D. abbas S^{ti}-Michaelis. Tandem, viva voce et unanimiter, in Congregationis ac simul Visitoris generalis secretarium electus est fr. Augustinus Bultot, monasterii Floreffensis supprior et lector.

Satisfactori ulterius Patres articulo nono praedicti edicti Caesariae Majestatis, ordinanti nimirum ut in hac praesenti congregatione statueretur futurae congregationis locus, unanimiter omnes

R. D. abbatem Grimbergensem rogaverunt ut in suo monasterio ipsam congregationem futuram recipere vellet; qui et benigne annuit.

Cum vero ipsum R. D. abbatem Grimbergensem, ex ipsa congregatione apud se habenda, multa incommoda gravesque expensas passurum clarum esset, determinationi consultorum, qui anno proximo simul convenire debent, relictum est quid quisque post dictam congregationem eidem R. D. abbati Grimbergensi in indemnisationem solveret.

Cum etiam animadverteretur ipsum Visitatorem generalem gravibus expensis fore expositum, summa octingentorum florenorum decreta est ipsi in futura congregatione solvenda pro quadriennio, sic tamen ut ex illa summa septuaginta floreni secretario attribuerentur; cui summae ab omnibus nostri Ordinis domibus in Belgio constitutis aequaliter contribueretur.

Tum cum articulus primus declarationis Caesariae Majestatis, de 3^a Aprilis praesentis anni, ordinaret visitatores in ejusmodi congregatione electos, per episcopum dioecesis, in qua quaelibet congregatio haberetur, esse confirmandos, ipsa congregatione adhuc durante, incontinenter per congregationem deputati sunt RR. DD. abbates Parcensis et Bonae Spei Mechliniam, ad Eminentissimum Dominum Cardinalem et Archiepiscopum Mechliniensem, ab eodem Visitatoris electi confirmationem requisituri.

Conformeriter autem ad articulum 34 edicti Caesariae Majestatis, ad interim nominatus est impressor F. Serstevens, Bruxellis residens, qui libros liturgicos Ordini Praemonstratensi proprios, dum opus esset, venderet.

In satisfactionem autem articuli 2ⁱ praefatae declarationis, jussus est secretarius praeparare et redigere epistolas, quibus episcopis, qui domum aliquam nostri Ordinis in sua dioecesi habent, electio Visitatoris generalis denuntiatur, simulque litterae quibus, conformiter ad articulum 9^{um} edicti Caesariae Majestatis, locus in quo futura congregatio habenda est, supremo Belgii regimini notificetur.

Sessio secunda.

Die 24^a praedicti mensis aprilis, iterum convenere omnes capitulares in aula refugii R. D. abbatis Dilighemensis, eoque RR. DD. abbates Parcensis et Bonae Spei, Mechlinia reduces, retulerunt confirmationem visitatoris generalis ab Eminentissimo Cardinali concessam.

Tunc lectae sunt litterae tum ad supremum Belgii regimen, tum ad diversos episcopos destinatae, atque approbatae sunt. Decretum etiam omnia instrumenta et cartas praesentem congregationem spectantes, ipsumque registrum, conscribendis omnibus Congregationis actis penes Visitatorem generalem remansurum, representandum tamen et tradendum infra quadriennium Visitatori eligendo.

Denique instantur invitatur praelati omnes, in primis ipse R. D. Visitor, ut regularitati in unaquaque domo conservandae, uniformitati inter eadem monasteria quoad omnia reducendae et stabi-
liendae, studiorum augmento et profectui, quo sic omnes aptiores
fiant curae animarum, quae primus instituti nostri finis primariumque
objectum est, sedulo indefesseque allaborent et advigilent, ipseque
Visitor generalis, si quid minus rectum vel ordinatum alicubi
reperiat, ipsum corrigat, et ad futuram congregationem referat.

Signatum: fr. J. B. Dufresne abbas Floreffiensis, Visitor gene-
ralis electus.

Simon, abbas Parcensis, vice visitor.

Bonaventura, abbas Bonae Spei, consultor.

Nicolaus-Josephus, abbas Grimbergensis, consultor.

Guilielmus-Franciscus, abbas S. Michaelis, consultor.

Petrus, abbas Heylissemensis.

Godefridus, abbas Tongerloensis.

fr. Franciscus, abbas Bernensis.

J. B., abbas Diligemensis.

fr. A. Delespes, abbas S^{ti} Foillani.

fr. J. Peeters, abbas Postellensis.

fr. Godefridus Ryes, abbas S^{ti} Nicolai Furnensis.

fr. Antonius Crickx, deputatus ab abbate Ninoviensi.

fr. Balduinus Cornelissens, prior, deputatus a suo abbate Trun-
chiniensi.

fr. Placidus Rosenbergh, provisor, deputatus ex parte conventus
Ninoviensis.

fr. Augustinus Pooters, deputatus a conventu S. Michaelis.

fr. G. Puquoy, deputatus a conventu Heylissemensi.

G. S. Vanholsbeeck, pastor in Berchem-S^{ae}-Agathae, deputatus
ex parte conventus Grimbergensis.

P. Van Meurs, supprior, deputatus a conventu Parchensi.

A. Heylen, archivista, deputatus a conventu Tongerloensi.

C. Lisse, prior, deputatus a conventu B. Mariae Bonae Spei.

N. Schey, S. Theol. lector, deputatus a conventu Postulensi.

fr. Eugenius Somers, circator et S. Th. L., deputatus Trunchi-
niensis.

fr. Guilielmus Gonthier, S. Th. L., deputatus Diligemensis.

fr. Wilhelmus Maes, provisor Bernensis, deputatus communi-
tatis Bernensis.

fr. Willebrordus Caestrijck, prior et deputatus S. Nicolai Fur-
nensis.

fr. Leopoldus Minne, lector et deputatus S^{ti} Foillani.

Concordat cum originali: fr. Augustinus Bultot, deputatus a
conventu Floreffiensis, ac Congregationis secretarius.

ANNEXE II

*Acta Congregationis secundae ordinis Praemonstratensis
Belgii Austriaci,
habitae in abbatia Grimbergensi 3^a Julii 1786.*

Sessio prima.

Post missam de Spiritu Sancto solemniter decantatam a R^{mo}
D^{no} Visitatore generali, congregati sunt omnes in aula sequentes:

Amplissimi Domini abbates:

Ampl. D. Joannes B. Dufresne, abbas Floreffiensis, visitor
generalis.

- Ampl. D. Simon Wauters, abbas Parcensis, vice visitor.
- Ampl. D. Bonaventura Daublain, abbas Bonae Spei, consultor.
- Ampl. D. Nicolaus Maras, abbas Grimbergensis, consultor.
- Ampl. D. Mauritius Verboven, abbas Averbodiensis.
- Ampl. D. Godefridus Hermans, abbas Tongerloensis.
- Ampl. D. Petrus Dave, abbas Heylissemensis.
- Ampl. D. Godefridus Ryckx, abbas Furnensis.
- Ampl. D. Adrianus Dewith, abbas Bernensis.
- Ampl. D. Joannes B. Vandendaele, abbas Diligemensis.
- Ampl. D. Joannes Peeters, abbas Postellensis.

Reverendi Domini deputati ab abbatibus absentibus:

- R. D. Hermannus-Joseph Seerwart, prior S^{ti} Michaëlis.
- R. D. Norbertus Durieu, S^{ti} Foillani aconomus.
- R. D. Balduinus Cornelissens, prior Trunchiniensis.

Reverendi Domini deputati a communitatibus:

- R. D. Joannes Lion, Diligemensis.
- R. D. Dionysius Mahau, prior Grimbergensis.
- R. D. Fredericus Buijvoets, Furnensis.
- R. D. Leopoldus Minne, prior S^{ti} Foillani.
- R. D. Augustinus Bultot, Floreffiensis, Capituli secretarius.
- R. D. Bernardus De Lacroix, prior Bonae Spei.
- R. D. Josephus Van Deurme, lector S^{ti} Michaëlis.
- R. D. Paulus Vlemincx, supprior et lector Ninoviensis, sede vacante.
- R. D. Quirinus Stevens, Parcensis.
- R. D. Nicolaus Scheij, vice pastor in Arendonck, Postellensis.
- R. D. Andreas Peeters, lector Tongerloensis.
- R. D. Eugenius Somers, subprior et lector Trunchiniensis.

Lecto hymno *Veni Creator*, cum oratione *Deus qui corda*, etc., omnibus sedentibus, primo statutum est ut nulla daretur distinctio quoad locum et praesidentiam ; 2° exhibita est epistola excusatoria Ampl. abbatis Trunchiniensis et lecta ; 3° epistola Ampl. abbatis S^{ti} Folliani et lecta ; 4° excusationem Ampl. abbatis S^{ti} Michaëlis oretenus fecit Ampl. abbas Averbodiensis ; 5° ab omnibus et singulis promissa est oboedientia Capitulo ; 6° exhibuit R^{mus} D^{nus} Visitor generalis epistolam missam ab aula, qua mandatur novorum statutorum ordinatio juxta decretum Caesareum ; 7° exhibuit R^{mus} D^{nus} Visitor nova statuta, eaque Congregationis judicio subjecit. Congregatio autem sequentes fecit annotationes :

1° Ad caput quintum, quaesitum fuit utrum missa quae singulis septimanis unicuique sacerdoti praescribitur pro benefactoribus sit obligatoria. Ad vota processum est, et remissum in aliam sessionem. 2^a Ad caput 6^{um} quaesitum fuit quid intelligeretur per lapsum carnis, et in aliam sessionem dilatum fuit. 3^a Ad caput 7^{um} quaesitum fuit utrum disciplina corporalis esset servanda etiamnum in capitulo, et per vota abrogata est et in praeces quasdam commutata. Ad numerum 18^{um} careat obedientia nominata toto tempore vitae suae deleta sunt verba: *toto tempore* etc., et posita: *donec respiscat*. 4^a Quoad horam..., positum est juxta consuetudinem locorum aut abbatum determinationem. 5^a Ambulationes ordinariae relinquuntur nutui superioris. 6^a Quaesitum fuit sub qua culpa obligarent jejunia Ordinis, et resolutum fuit sub nulla. 7^a Quaesitum fuit utrum possit praelatus quoad esum carniū dispensare in sabbatis post Nativitatem Salvatoris cum pastoribus, et remissum est in aliam sessionem. 8^a Resolutum est abstinentiam septuagesimalem commutari posse ab abbatibus in opus aliud pium. 9^a Resolutum fuit quod claustrales observare debeant abstinentiam a carnibus feriis quartis.

Sessio secunda

habita eadem die, circa quartam.

Dicta antiphonia *Veni S. Spiritus* cum collecta *Deus qui corda*, omnibus ut ante, sedentibus, resoluta sunt sequentia: 1° In capite 12°, num. 40° facta est sequens mutatio: *praeter leve jentaculum merenda et omnis extrahoraria comestio et bibitio quam strictissime interdicitur* ; 2° quaesitum fuit quinam censerentur majores de domo, et resolutum fuit quod majores censeantur prior, supprior, circator, provisor, lectores, senior et cellarius ; 3° resolutum fuit Visitatorem generalem dispensare posse in toto secundo probationis anno, abbates vero pro trimestri ; 4° circa professionem haec clausula: *non intendo te incorporare si habeas aliquam infirmitatem* etc. judicata fuit delenda. Circa difficultatem quae oriri possit uter sit habiturus praesidentiam qui prius vestitus aut prius professus fuerit, circa hoc animadversum est in aliquibus Congre-

gationis domibus moris esse ut vestitio praevaleret, in aliquibus autem professio. Hinc stabilitum est circa professiones hucusque factas morem in unaquaque domo hucusque receptum esse tenendum, in futurum vero eum praecedentiam habiturum qui prior fuerit vestitus.

Sessio tertia

habita 4^a Julii, hora 8^a matutinali.

Dicta antiphona *Veni S. Spiritus*, cum collecta *Deus qui corda etc.*, omnibus de more sedentibus, R^{mus} D^{nus} Visitator legit acta sessionum praecedentium, et petiit resolutionem casuum in sessionibus ante actis non resolutorum. Primus autem casus de missa pro benefactoribus, iterum remissus in aliam sessionem. Ad secundum casum declaravit Capitulum sub lapsu carnis se non comprehendere pollutionem voluntariam. Tum processum est ad lectionem novorum statutorum, ad quae factae sunt immutationes sequentes:

1^o Articulus 1 capitis... deletus est; item 7^{us}.

2^o Ad articulum 5^{um} capit. 25 additum est: *sed non alii quam a praelato designandi*.

Distinctio secunda: 1^o extincta sunt capitula de abbate cedente, deponendo, et coadjutore; 2^o Capituli 13ⁱⁱ deletus est articulus 5^{us}; 3^o Capituli 14ⁱ omissus est articulus 5^{us}; 4^o Cap. 16ⁱ omissus est artic. 12^{us}; 5^o Cap. 23ⁱⁱ expunctus est artic. 2^{us} et in artic 3^{io} expunctum est: *hospitalitatem*, item deletus est artic. 9^{us}; 6^o Cap. 2^{um} de portario rejectum fuit.

Sessio quarta

habita eadem die, hora 3^a pomeridiana.

Dicta antiphona ut supra, continuata est lectio novorum statutorum, ad quae factae sunt immutationes sequentes: 1^o Cap. 25ⁱ omissus est num. 14. 2^o Capit. 26 suppressus est num. 10 et 30.

Distinctio tertia: 1^o Capite 2^{do} ad numerum 1 adjunctum est: *et inde sine licentia exierint*; 2^o Cap. 3^o ad num. 20^{um} additum est: *insuper tribus integris mensibus*, ad num. 26^{um} expunctum est: *mortuorum sepulturis*. Et orta est quaestio circa ingressum mulierum in monasterium, nec soluta fuit; 3^o Numerus 4^{us} cap. 4 deletus est; item 21^{us}.

Distinctio quarta: 1^o Num. 7 cap. 11ⁱ expunctus est; 2^a Ad cap. 14^{um} orta est quaestio utrum esset praestandum juramentum in visitatione; 3^o ad Cap. 20ⁱ num. 9^{um} additum fuit: *habeaturque ratio declarationis regiae de 3^a Aprilis 1782*, et expunctus est num. 10.

Sessio quinta

habita 5 Julii, hora 8^a antemeridiana.

Dicta antiphona ut supra, quaesitum fuit an statuta forent admit-
tenda quoad paenas positas, et per pluralitatem votorum respon-
sum est affirmative; 2^o resumptus est casus de missis pro benefac-
toribus, et responderunt patres strictam quidem esse obligationem
naturalem orandi pro benefactoribus, tamen per pluralitatem vo-
torum resolutum est eam missam non esse obligationis, expedire
tamen, ut, praeter missam matutinalem, officia defunctorum et alias
preces quas Ordo pro benefactoribus fundere solet, abbates aliquas
preces pro iis determinent, vel aliquot missas; 3^o additum est ad
primam *cum cantu*; 4^o addetur caput 21 distinctionis 4^{ae} ad nova
statuta ex statutis Gallicis, ex quibus tamen expunguntur numeri 7,
8, 9, 11, 12, 13, 14, 15; et 16, 17 debet corrigi; 5^o ad num. 2^{um}
ejusdem capituli debet addi: *nullus praelatorum Ordinis nostri aliqua
immobilia bona alienare poterit sine consensu conventus*; 6^o ad
quaesitum propositum sessione 5^a de ingressu mulierum in monas-
teria, resolutum fuit incurrere superiores paenas in statutis positas,
si pro posse non obsistant; 7^o ad quaesitum utrum in visitatione
praestari debeat juramentum, additum fuit: *ad interrogata*, et per
pluralitatem votorum resolutum fuit esse praestandum; 8^o resumpta
est quaestio de Septuagesima et Adventu, et resolutum fuit dispen-
sationem petendam a R^{mo} D^{no} Visitatore pro toto conventu, pro
particularibus vero, dispensare posse abbates. Resolutum etiam fuit
abbates dispensare posse in esu carnum cum pastoribus et parti-
cularibus in sabbatis inter Nativitatem et Purificationem; 9^o quaesi-
tum fuit utrum hic et nunc essent admittenda et subsignanda statuta
et resolutum fuit esse admittenda, sub conditione mutandi, inse-
rendi, vel omittendi quae sunt notata in sessionibus; 10^o unanimiter
acceptata sunt praeterquam a deputato Parcensi; 11^o inseratur
quod Patres non intendunt stringere conscientias, nisi in iis quae
spectant ad vota substantialia; 12^o petiit R^{mus} D^{nus} Visitator utrum
statuta approbata a Gubernio essent scribenda tantum, an praelo
danda. Et resolutum fuit esse praelo danda, sumptibus Congrega-
tionis; et Congregatio authorisavit eundem R^{um} D^{um} Visitatorem
ut ea suo tempore imprimi curet; 13^o Congregatio auctoritatem
dedit R^{mo} D^{no} Visitatori ut rem totam tractet cum Gubernio com-
municandam communitatibus; 14^o petiit R^{mus} D^{nus} Visitator utrum
placeret procedere ad electionem novi Visitatoris et consultorum
et responsum fuit placere, excepto deputato Parcensi; 15^o processit
Congregatio ad electionem et omnium votis reelectus est R^{mus} D^{nus}
Abbas Floreffensis; vice-visitator electus est Ampl. Abbas Par-
censis; consultatores electi sunt: 1^o Ampl. Abbas Bonae Spei,
2^o Amplis. abbas Grimbergensis, 3^o Amplis. Abbas Averbodiensis,
singuli electi sunt diverso scrutinio. Postea per acclamationem elec-
tus est secretarius Augustinus Bultot, deputatus Floreffensis; 16^o De-

putati sunt ut electionem Visitoris Generalis annuntiarent Eminentiae suae Archiepiscopo Mechliniensi Amplissimi Domini Abbates Parcensis et Grimbergensis.

Sessio sexta

habita eadem die, medio 4^{ae} post meridiem.

Dicta antiphona ut supra, R^{mus} D^{nus} Visitor legít litteras praesentandas Eminentiae Suae Archiepiscopo Mechliniensi, ut electionem Visitoris generalis approbare dignaretur, juxta decretum Caesareum; 2^o electa est abbatia Floreffensis pro futura Congregatione; 3^o supplica lecta est Domini Francisci Serstevens, typographi Ordinis nostri, qua commendat se Congregationi ut breviarium, quod actualiter imprimit, approbare dignetur, et quilibet abbates sumant inscriptionem pro sufficienti numero exemplarium, secundum cujusque ecclesiae necessitatem, ut indemnis reddatur. Et resolutum est dandum esse approbationem et licentiam vendendi breviaria quae caepit imprimere sine commissione Congregationis et R^{mi} Dⁿⁱ Visitoris Generalis, absque eo quod per hujusmodi approbationem et licentiam possit aliquod jus praetendere respectui Congregationis, aut cujuscumque membri ejus, ut exemplaria emant, sed proprio ejus periculo relinquuntur sumptus impensi et impendendi in impressione.

Sessio septima

6^a Julii, hora 8^a antemeridiana.

1^o Dicta antiphona ut supra, lecta sunt acta sessionum quintae et sextae; 2^o inter lectionem, R^{mus} D^{nus} Visitor mentionem fecit, querelae deputati Parcensis et judicavit inserendam actis Congregationis hanc suam adinadversionem « Etiam a principio Congregationis deputatus communitatis Parcensis exhibuerat Visitori generali libellum, seu cartam quandam, varias de suo praelato continentem quaerelas; instabatque idem deputatus ut libellus iste toti Congregationi communicaretur et legeretur; at Visitor animadvertens in ejusmodi negotio nullatenus agi de re quae generalitatem vel Congregationem quoque modo concerneret, sed de re aliquam personam particularem spectante, suamque jurisdictionem hoc modo indebite praeteriri et declinari, atque suspicans Visitor in eodem libello multa esse falsa, quae Amplis. D. Parcensis tamquam talia probare posset, ac denique ipsum fuisse inauditum, totam causam suo tempore omnibus modis per statuta vel jus praescriptis discutienda sibi retinuit, competentem desuper, postea auditis partibus, laturus sententiam, simulque deliberaturus quae ratione indecentes praedicti deputati in Congregatione agendi modos puniri deberent »; 3^o supplica exhibita fuit Amplis. D. Bonaventurae Jacobs, pastoris et praepositi D^{ti} Sulpitii Diestensis, super

augmento competentiae. R^{mus} D^{nus} Visitator delegavit Amplis. Abbatem Averbodiensem mediatorem, ratus hoc nullatenus ad Congregationem pertinere ; 4^o R^{mus} D^{nus} Visitator renovat strictam obligationem non revelandi ea quae in Congregatione facta sunt ; 5^o lecta est epistola pro Caesare, secundum edictum ; 6^o lectae sunt litterae pro episcopis ; 7^o determinatio typographi nomine Congregationis commissa est R^{mo} D^{no} Visitatori et consultatoribus.

Sessio octava

habita eadem die.

Expeditis litteris, et dicta antiphona *Veni S. Spiritus* cum oratione, petivit R^{mus} D^{nus} Visitator utrum placeret subscribere actis sessionum praecedentium. Et responsum est placere, iisque perlectis, processerunt ad subscriptionem.

Suivent les signatures comme plus haut Sessio prima, mais dans un autre ordre ; le député de Parc ne voulut pas signer.

Semel, bis et ter interrogatus est deputatus conventus Parcensis, utrum vellet cum aliis subsignare praesentibus actis, totiesque renuit, praetendens se aliis punctis horum actorum non subsignasse, nec consequenter his subsignare posse.

De Mandato.

fr. A. Bultot, Congregationis secretarius.

Postea, lecta approbatione electionis J. B. Dufresne Visitatoris generalis missa ab Eminentia sua Archiepiscopo Mechliniensi, Patres congregati, emissis votis, commendatisque in singulorum fratrum praecibus et sacrificiis felicitate et incolumitate Sacrae Caesareae et Regiae Apostolicae Majestatis, totiusque domus Austriacae, processerunt ad chorum cum conventu Grimbergensi gratias acturi Deo pro pacifica, unanimi et salutari inchoatione, progressu ac terminatione congregationis, et, cantato hymno *Te Deum*, et data benedictione a R^{mo} D^{no} Visitatore generali, processerunt in pace. Amen.

Tandem, paenitentia ductus, deputatus Parcensis instanter petiit ut cum aliis admitteretur ad subsignandum his actis et iis quae in congregatione acta fuerunt, petitaque tandem ab omnibus venia, indultum est ei.

fr. F. Stevens, deputatus Conventus Parcensis.

De Mandato

fr. A. Bultot, Congregationis Secretarius.

ANNEXE III

Lettre d'envoi de l'abbé de Floreffe à l'Empereur Joseph II.

SIRE,

En conformité des Ordres de Votre Majesté, portés par sa

gracieuse dépêche du 6 mai, j'ai l'honneur de lui présenter avec un très profond respect les Statuts de notre Ordre tels qu'ils ont été rédigés dans notre dernière Congrégation générale ; suppliant très humblement Votre Majesté d'avoir pour agréable notre travail, et le désir que nous avons de nous conformer en tout à ses intentions souveraines. Toute la Congrégation ose espérer de la clémence de Votre Majesté qu'elle daignera couronner notre empressement à nous rendre dignes de ses bontés par un acte de sa bienfaisance, qui en donnant effet à ces Statuts, nous mettra à même de remplir au plutôt toutes les obligations que nous nous sommes imposées et à perpétuer dans notre Ordre le zèle dont il a toujours été animé pour le bien de la religion, ainsi que son attachement à tous les devoirs de la charité chrétienne.

Je suis avec la soumission la plus respectueuse, Sire, de Votre Majesté, le très humble, très obéissant et très fidèle serviteur et sujet: J. B. Dufresne, abbé de Floreffe, Visiteur général de l'Ordre de Prémontré aux Pays-Bas.

Floreffe, ce 12 septembre 1786.

ANNEXE IV

Table des chapitres des nouveaux statuts codifiés en 1786.

Distinctio prima:

1. De tremendo altaris sacramento.
2. De matutinis.
3. De horis de Domina, officio defunctorum et psalmis poenitentialibus.
4. De reverentia in divino officio exhibenda.
5. De prima et missis ad quas obligamur.
6. De privatis confesssionibus.
7. De capitulo quotidiano.
8. De distributione temporis.
9. De tempore jejunii.
10. De victu.
11. De refectione et collatione.
12. Quae in dormitorio observari debeant.
13. Quas officinas et loca religiosi ingredi liceat.
14. De admissione novitiorum.
15. De vestitione.
16. De magistro novitiorum.
17. De cultura novitiorum.
18. De professione.
19. De provehendis ad sacros ordines.
20. De exeuntibus et itinerantibus, ac modestia in publico servanda.
21. De infirmis et magistro infirmorum.
22. De iis quae religiosi interdiciuntur.

23. De locis regularibus.
24. De pueris in baptismo non levandis.

Distinctio secunda:

1. De abbate.
2. De officio abbatis in spiritualibus.
3. Quibus virtutibus praelati ornari debeant.
4. De abbatis suppellectili et mensa.
5. De exitu abbatis.
6. De moriente abbate.
7. Ecclesia vacante, nihil innovandum.
8. De priore.
9. De suppriori.
10. De circatore.
11. De cantore et succentore.
12. De bibliothecario.
13. De lectore et studiis.
14. De sacrista ejusque solatio.
15. De provisorio exteriorum.
16. De cellario.
17. De vestiario.
18. De vestitu.
19. De magistro hospitum.
20. De hospitalitate et eleemosina.
21. De pastoribus.
22. De fratribus conversis.
23. De monialibus sive sororibus Ordinis nostri.

Distinctio tertia:

Introductio: De poenis pro varietate culparum infligendis.

1. De levibus culpis.
2. De mediis culpis.
3. De gravi culpa.
4. De graviori culpa.
5. De culpa gravissima.

Distinctio quarta:

1. De Congregatione generali et rebus ad illam pertinentibus.
2. Quae sit lex inter matrices ecclesias et filiales et inter alias, et de patrum auctoritate.
3. De electione abbatum.
4. De visitatore ejusque officio.
5. De inquirendis in visitatione.
6. Quomodo concludenda visitatio.
7. De iis quae visitatori prohibita et de ejus potestate.

8. Quomodo praelatus monendus et quomodo contra eum procedendum.
9. De alienis fratribus non recipiendis, et de transeuntibus ad alium Ordinem.
10. De sigilli conventus et conventualis pecuniae custodia.
11. De appellationibus.
12. De habentibus dispensandi potestatem, ac ut non temere dispensetur.

ANNEXE V

Teneur du chapitre I de la IV^e distinction des Statuts réformés en 1786.

De Congregatione generali et rebus ad illam pertinentibus.

1. Imprimis, conformiter ad edictum augustissimi Imperatoris et Regis Josephi secundi de 28 Novembris 1787, Congregatio generalis omnes abbates Ordinis nostri Belgii Austriaci, cum uno canonico, ab unoquoque monasterio deputato, complectens, secundum formam et omnia ab eodem edicto praescripta, singulis quadrienniis habebitur.

2. Ipsi vero abbates et deputati hunc praedictarum congregationum effectum assequendum sibi firmiter proponant, ut Ordinis nostri constitutiones exactius servantur, et si quid violatum, vel collapsum, vel de rigore remissum fuerit, restauretur, ac etiam ut mutua charitas et pax, quae inter ejusdem instituti praelatos et religiosos esse debent, foveantur et augeantur.

3. Quicumque capitulum seu congregationem aditurus est, ad illud simplici et modesto comitatu veniat, tum ut promissae consulat paupertati, tum ut inutili luxu ecclesiae in qua habetur, non gravetur.

4. Omnes qui capitulo seu congregatoni interesse debent, pridie quam celebretur, vel ipsa die, in loco ad hoc praefixo, satis tempestive adsint.

5. Pro impetranda Spiritus Sancti directione et unanimi patrum in eorum conspiratione ac uberi fructu, ipsa die qua capitulum habebitur, in qualibet congregationi subjecta ecclesia, missa de Spiritu Sancto in choro celebretur, ac tam in ipsa quam in singulis privatis missis dicatur pro ipsis abbatibus et aliis in capitulo congregatis collecta *Deus qui charitatis dona*.

6. Singuli canonici, et illa die et duabus diebus sequentibus, ob eundem finem legant psalmum *Miserere mei Deus*, cum oratione dominica et salutatione angelica ac praedicta collecta *Deus qui charitatis etc.* Conversi quoque eadem persolvant, excepta collecta.

7. Ipso itaque die quo capitulum est inchoandum, hora per Visitatorem designanda, ad processionem omnium campanarum pulsus detur, ac sub hoc pulsu, omnes abbates et caeteri qui capi-

tulo interesse debent, ante portam interiorem ecclesiae monasterii, in quo habetur capitulum, convenient in habitu chori, ibidemque expectent donec conventus illius domus usque ad ipsam portam processionaliter eis obviam veniat.

8. Conventum sequatur Visitator generalis in pontificalibus ad missam solemniter celebrandam usitatis, et cum omnibus ministris consuetis, atque ad ipsam portam progrediens, abbates ibidem expectantes, reliquosque omnes aqua benedicta aspergat, ac eosdem portam intrantes thurificet; et revertatur processio ad templum, quam canonici et abbates ordinate, bini et bini sequantur, post quos gradiatur Visitator generalis, ac incipiatur in ipso ingressu responsorium *Christus resurgens*, et a principio ad finem omnes ecclesiae campanae pulsantur.

9. Processionem immediate sequetur missa de Spiritu Sancto, a Visitatore vel alio abbate celebranda; qua completa, statim pulsetur campano capituli, et omnes praelati caeterique ad capitulum spectantes intrent aulam ubi capitulum est celebrandum.

15. Omnibus ingressis, Visitator generalis hymnum *Veni Creator* incipiat, ac flexis genibus ab omnibus persolvatur (vel percantetur), subjungatque Visitator generalis versum *Emitte Spiritum tuum* et collectam *Deus qui corda* etc.

11. His peractis, surgant omnes, atque ad loca sua eant, dictoque a Visitatore *Benedicite*, resideant.

12. Deinde sequetur sermo, vel exhortatio quam faciet Visitator, vel abbas aliquis, vel canonicus ab eodem ante praemonitus.

13. Sermone completo, statim Visitator generalis in manibus Vice-Visitoris ipsi Congregationi generali obedientiam flexis genibus promittat.

14. Quo facto, singuli abbates caeterique ad capitulum spectantes, in manibus Visitoris, eidem pro tempore regiminis, ac alteri in ejus locum eligendo, et denique Congregationi generali obedientiam et reverentiam per ordinem spondeant.

15. Deinde designabuntur duo vel tres qui omnia, quae in unaquaque congregationis sessione proponuntur et decernuntur, breviter et summatim annotabunt, eadem post sessionem inter se dilaturi et redacturi; quam redactionem sequenti sessione ad capitulum referant, ejusque judicio et correctioni subjicient, ut ita correcta, si necesse sit, et acceptata, inter acta tandem Congregationis referatur et inseratur.

16. Deinde Visitator generalis proponat quae in capitulo celebrando pro Ordinis reformatione, utilitate atque concordia judicat necessario tractanda et resolvenda.

17. In negotiis autem tractandis hic servetur modus: 1° de Ordinis reformatione agetur, et quae in praecedenti congregatione hac in re sunt constituta examinentur, si utilia reperiantur, et talia quae commodae executioni mandari queant, confirmentur; at vero si minus utilia vel nimis dura comperiantur, ea vel in toto vel in parte mutentur, vel mitigentur, vel abrogentur; 2° de appellationi-

bus, si quae sint, agatur ; 3° de causis quae ex diversis monasteriis adferuntur ac de aliis occurrentibus difficultatibus tractabitur.

18. Ne vero in tractandis materiis confusio aliqua oriatur, et unusquisque prudenter et diligenter, antequam ad congregationem veniat, quae tractanda sint perpendere et examinare queat, in fine singularum congregationum seu sessionum, quid in sequenti discutiendum sit, Visitor generalis decernat.

19. In deliberationibus ordine suo unusquisque loquatur, loquentem omnes attente audiant, nec eum aliquis perturbare vel interpellare praesumat.

20. Quicumque aliquid proponere voluerit, paucis ac debita id faciat reverentia.

21. Si quid occurrerit corrigendum, omnes et singuli Visitori generali et sancto abbatum conventui reverenter obediant.

22. Sicut autem Visitori generali et Congregationi singuli abbates obedire debent, ita quoque Visitor ipse obtemperare debet Congregationi, ut et ipse secundum Ordinis statuta, si quid contra ipsum propositum fuerit, judicetur.

23. Eodem primo die, post meridiem, commoda hora a Visitori determinanda, pulsus ad capitulum detur, et statim in aula capitulari omnes conveniant.

24. Clausis loci capitularis foribus, flexis genibus, prout etiam in singularum congregationum seu sessionum initiis fieri debet, legatur antiphona *Veni Sancte Spiritus*, subjungat Visitor versum *Emitte* et collectam *Deus qui corda*.

25. Surgat Visitor ac resideat, omnesque ad loca sua resideant ; tum 1° referant et exponant redactores ea quae circa sessionem procedentem perfecerunt, et quae in praecedenti congregatione incompleta remanserunt absolvantur.

26. In ultima sessione quilibet praelatus solvat vel solvi faciat summam attributam in indemnisationem monasterio in quo habetur capitulum, sicut et summam in eundem finem Visitori assignatam.

27. Ultimo loco, et finitis negotiis quibuscumque, procedatur ad electionem novi Visitoris, consultorum et secretarii.

28. Hac finita, Congregationis acta legentur et ab omnibus qui jus suffragii habuerunt, subsignabuntur, et denique perficientur ea quae praedictum edictum Caesareae Majestatis circa electionem Visitoris etc. facienda praecipit.

29. Postea, in aula capitulari, praesente conventu, publicantur acta Congregationis, et factis praecibus in rituali praescriptis, Neo-Visitor solemnem det benedictionem.
